



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.23. Adductunt eum ad Pharisæos. Transit D. Ioannes vt ostendat, quòd tenebræ lucem non comprehenderint, imò superatæ sint, & ex processu quem instituunt, eorum conuicta sit pertinacta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

cæcus obruitur: *Veni vident* & talibus clarus oculis vt in tantam omnes saperentur admirationem: vt in dubium verterent num ille idem esset necne Schisma erat inter eos: Quidam enim dicebant, non est ipse: alij, esse videtur, sed diuersus est. Hoc dubium, hæc admiratio eorū qui cæcum tam probè nouerant, confirmat, ait

*No. 56. in Ioann.* D. Chrysol. magnitudinem miraculi, quia dubitant, num idem ipse sit: ille vero dicebat omnibus: *Quia ego ipse sum* per hoc tres virtutes demontans, vt ipse perpendit.

X. Prima est humilitas, qua non ipsum pudet suam à nativitate cæcitatē, suam inopiam, & transactam fateri calamitatē: hic etenim eximius est in viris Sanctis actus humilitatis, sicut in D. Paulo: *Ego sum minimus Apostolorum qui nō sum dignus vocari Apost.* : quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei: Et iterum: *Qui prius sui persecutor & blasphemus & contumeliosus.* Secunda fortitudo: non enim timet furorem populi nec rabiem inimicorū Christi, insuper & se gloria Christi ponit encomiastem: *Ego sum.* Tertia: gratiarum actio non enim acceptum occultat beneficium, imò hoc exoptat vt omnes seiant intelligant & videant quod Christus auctor esset hominū: cum tanta facilitate faciat & restituit defectuosa: sicut ille figulus, quem Deus huic eidem proposito conformiter ostendit Hieremias, qui vel semel tantū circummagendo rotam vas reparat: confectum tanque perfectū reddidit vt aliud esse videatur: *Fecit illud vni alterū.* Hæc eadē facilitate operatus est Christus: perficiens enim eius mandatum: *Abij, laus & vidi*: vt eadē usurpare verba videatur, quæ Cæsar, de quo Suetonius agens de triumpho eius Pontico, quem vt celebrius ageret igne ostenderet qua facilitate illum sibi comparasset, victoriæ dictum hoc præscripsit: *Veni, vidi, vici.* His videtur vt cæcus: *Abij, laus, & vidi.* Hoc est opus Dei, qui in istis tenebris manifestat, se quosdam ita illum illuminare vt spectatores miraculi de persona non parum ambigere videantur.

*Hier. 18. 4*

XI. Sic contigit D. Paulo, quem diuina sua luce Opus Dei circumfulsit, seque in virum alterum mutauit, mirabile, vt dubitarent an idem ipse esset: *Stupabant omnes, qui eum audiebant, & dicebant: Nonne hic est Gal. 1. 23. qui expugnabat in Hierusalem eos &c. Quomodo ergo nunc Euangelizat &c.* Hoc opus illud dicitur, quod effecit in Saul quando eum ex agasone vixit in Regem: etenim in virū mutauit alterum, & Samuelis illi dictum oraculum impletū fuit: *Mutaberis in virum alterum*, atque S. pag. *Immutauit ei Deus cor aliud.* Ita vt eum minus *Hieron. Bapt. de Lanna & Tom. III.*

illi cognoscerent, qui cum eo egerant frequentius, dicentes: *Quanā res accidit filio Cæ: Num & Saul inter Prophetas? Respondit, alius ad alterum, 9. dicens: Et quis pater eorum?* q. d. quod in questionem verterint, an ipse esset filius Cæ: tanta namque cum ipso consuetudine conuersari fuerant, vt ipsa negotiorum differentia ipsis in dubium reuocaret identitatem personæ. Et hæc optima foret cura si illi qui te cognoscebant, amplius non agnoscerent dicerentq; ad se inuicē: Hicæ talis est, quem vidimus vanitatis, losibus, temporisque iactura deditissimum? quomodo sic modo solitarius, sic pius, sic rebus diuinis totus consecratus: Hic ne talis est? qui prius de domo talis non egrediebatur, suæque vniuersæ luxuriosè dilapidabat facultates: quomodo nunc de monasterijs, de xenodochijs pedem non effert, & quidquid congregare valet expendit in elemosynas? Hæc ne talis est, mūdi muliebris inuētrix in choreis antesignana, cuius caput quælibet ventum instar labari circumferretur? quomodo nunc illa nulla honestior, nulla pudicior, nulla modestior? *Nonne hic erat cæcus qui sedebat in virum alterum iuxta D. Pauli consilium non semel præpositum: Induite nouum hominem &c. 10.*

§. 23. Adducunt eum ad Phariseos. *Trāsit D. Ioannes vt ostendat, quod tenebra lucem non comprehenderint, imò superata sint, & ex processu quem insiliunt, eorum conuicta sit pertinacia.*

I Am omnibus manifesta patet ex prædictis ab Euangelista, prima pars eius propositionis: *Lux in tenebris lucet.* Iam ad secundæ partis transit expositionē & confirmationē: *Et tenebræ eam non comprehenderunt.* Ad huius deductionē ostendit, qualiter tenebræ illæ Phariseorū, Scribarūque infernale contra lucem insurrexerint, illa persecuti sint, minime tamen comprehendere poterint, illiq; manus iniicere: imo potius tenebræ ipsæ obsecriores enaserunt, lux autē ipsa splendidior. Attende quā bile lucem conentur impugnare: dum enim eam percipiunt in oculis huius cæci resplendentem, quem Dñs illuminauerat, vnanimis omnes in eius conspiciunt Christum ex: inctionem: quocirca cæcum illuminatū conuocant, eum examinant, discunt, inquirunt, interrogant, re interrogant, si fortè non cōgruè & vniuersè in suis confessionibus loqueretur: vique illi persuaderent, quatenus crederet impossibile quod tale quid homo ille posset efficere, insuper nec fieri posse, vt ille ipse fuisset cæcus, sed sibi hoc

hoc tantū vifum fuiffet. Quomodo parentes in iudicium citant? quot propouunt iterumque propouunt quaestiones? quoties prospectum mutant cum Balaam vt Dei populo præftigiator malediceret? In omnibus tamen luce? clariùs patebat eum omnibus benedictionibus effe digniffimū. Idem hīs contingit. Quoties coecū feinel & his vocant? qua fraude nunc ex illa, nunc ex altera parte percutantur? Nunc illū remittunt, nunc parentes conuocāt. Modo parentes ablegant, & ad coecū reuertūtur. Ad quid hæc omnia? Vt tenebræ illæ comprehendant, & obmubilent, noctemq; offundant luci. Porro: Tenebra enim non cōprehenderunt. Quinimo fi rem accuratius infpexeris, opus in uenies Dei valde præclarū, quia per hoc quod moluntur, certū faciunt afferū, que miraculū, & quod maduerenter agūt, processus est mū to subtilior ac magis indutritius, quā vel ipse Bartholus vel Baldus possent efformare quo miraculi veritas constaret. omnibus euidentiffima. Spirit. S. instructa dixit Anna mater Samuelis: *Deus scientiarum Dñs est. Et ipſo preparantur cogitationes.* Tantus Deus est scientiarum Dñs, vt cogitationes, ac reprobatorum molimina illi hoc præparent ac disponant, quod intendit. Ex sententia D. Hiero. alludit hæc mulier sanctiffima, ad factum illud Iosephi à fratribus suis di-tuendū, ne eorum fieret Princeps ac Dñs, prout Deus illi reuelauerat, & per eadē cogitationes extulit Deus Ioseph vt proteæ fieret Ægypti: quocirca sic fratribus suis ait: *Vos cogitastis contra me malum, sed iniquæ vellræ cogitationes viam strauerūt illi quod Deus facere decreuerat: Deus verū illud in bonum.* Ad rem aptè perpendamus verba Iob quibus Dei extollit potentiam: *Qui graditur super fluctus maris.* Terribiles sunt, & non vulgares pelagi fluctus: ventis furiosis factusque agitari: verum tamen maior est longē Dei potentia, qui fluctus illos frementes spumantesque calcat, & per eos naues quocumque placet, dirigit. Fastuosa feruefcit Aug. Cæsaris cogitatio, velut mare tēpestuosum: *Quasi feruens, quod quiescere non potest:* superbum illud promulgat edictum: *vt deseri-bere-tur vniversū orbis.* Per illud deducit nauim illam cœlestem, à portu Nazareth ad litus Bethlehem, vbi triticum illud cœleste, quo leuiter grauida erat, exoneraret.

Hinc elicit D. Aug. cur Deus pariatur Hæretes exorti, qua perfricta frōte totoque conatu sese opponant, & impugnent veritates in Eccl. confirmatas illasque in dubium reuocent; vt videlicet per hoc solidius confirmentur, & liquidius affectantur. Hoc, ex eius iudicio pfallit Dauid

ceteris vaticinans: *Contaminauerunt testamentū eius, diuisi sunt ab ira vultus eius.* Et appropriatius cor illius. En tibi principū hæreticū, effringere Dei mandata, se traderet vitij, contra Diuina præscripta: *Contaminare vnt testamentū eius;* de quo heri laus. His Dei prouocant iram, vt ab eis manū suam dextera amoueat, illosq; sinat sese ab Ecclesiæ fideique veritate seingere. *Diuisi sunt ab ira vultus illius.* Hoc etenim supplicium censetur infaustorū maximū, quod effra-nes stus insequantur appetitus, Ecclesiæ, Deique mandata proteruo pede cōculcantes. Quid hinc sequitur? *Appropinquauit cor illius.* Per hoc Dei cor ad portū appulit: *Cor illius, cuius intelligimus* (quærit D. Aug.) *iusi cuius ira diuisi sunt:* Cor in SS. literis voluntate significat. q. d. per hoc impleuit Deus quod præstituit, & illo medio ad portū & exitum introduxit quod quærebat, nepe vt Catholica veritas seo solidius stabiliretur: erat etenim sub diuinis quibusdam mysterijs in SS. literis abscondita, vt autem ad lucem omnes educantur plurimum refert illas impugnari, & ab importunis hæreticorū oppositionibus molestari. Per hoc expergefacti sunt SS. Doctores singularique studio Sacras exponere scripturas elaborarunt, ad quod ab ipsis hæreticis cogebatur, quo factum est vt doctrina Catholica in Ecclesia confirmata probaque confisteret. Audite D. Aug. *Multis qui optine poterant scripturas dig-noscere, & pertractare, latebant in populo Dei, nec afferebant solutionem quaestionum difficilium, cum calumniator nullus instaret.* Numquid enim perfecte de Trinitate tractatum est, antequam oblatarent Ariani? Numquid de patientia, perfecte tractatum est, antequam oblatissent Nouatiani? sic nec perfecte de baptismo tractatum est, antequam contradicerent fori positus rebaptizatores: nec de ipsa unitate Christi enucleatē dicta erant, que dicta sunt, nisi postquam separatio ista vixit capiti fratres infirmos: vt iam illi qui nouerant hæc tractare, at quo dissoluere ne perirent infirmi sollicitatis quaestionibus impiorum, sermonibus, & disputationibus suis obscura legis, in publicum, deduxerunt.

Nemo satis admittetur verba Dei ad vatem Zachariam mediante Angelo, quibus rationem Zach. t. 15  
 exponit, quomodo Reges Babylonix & Chaldaeæ populū suū in leturiam sibi subiecerant ignominiosam: *Ipsi adiuuerunt me in malum.* Var è verba hæc explicantur, sed succinctè dico & bene quidem, quod egregium declarare voluerit mysterium; qua videlicet ratione se Deus impiorum misceat consilijs, & qualiter illa ad suam dirigat intentionem. Reges illi tyranni

No. 23. 24.

II. Deus vertit omnia mala in bonum. s. Reg. 2. 3 In Ep ad Philome.

Gen. 50. 20.

Iob 9. 8. Vnde Ho. 4. num. 39.

Isa. 57. 20. Luc. 2. 1.

III. Cur permittit Deus ori ri hæretes.

p. 4. 22. 23. 24. D. Av. In p. 54. T. 2.

IV. Deus malorum consiljs bene utitur.

ac barbari sua alleci auaritia, & ambitione stimulati bellum Dei populo indixerunt, eorum opes diripiendo, mulieribus aruendo, fastuosam eorum superbiam deprimendo: ita ut hæc omnia praua moti facerent intentione: *In malum tyrannicis suis irritari passionibus.* Cæterum per hoc, inquit Deus, *Adiuuauerunt me:* fecerunt enim, quod ego fieri decreueram, nempe ut populus meus dignas rebellionis suæ poenas lueret. Itaque eo ipso, quod si improbe & iniuste perpetrarunt, mala commoti intentione, mihi auxilio fuerunt ut illa, quam ego prius intendebar, iniustitia fieret, & populi mei culpa punita, & meritas ipse poenas toleraret.

Hæc est Dei potestas, quiper hoc quod ipse contra eum moliris perficit id, quod ipse prae-  
tendebat. Quid intendit Deus? ut inops sis & mendicis: quandoquidem opes, quas tibi concessit instrumentum sint iniquitatis: permittit te libertati tuæ, hinc age, vaca uanitatibus: tandem ad finem dierum talis eris, qualem te esse Deus decreuit pauper, inops, mille obuius infirmitatibus. Hoc uult, ut ignominiam sustineas: quia hoc conuenit superbiae tuæ deprimendæ arrogantia: Patitur ut tuas secleris & assequatis uoluptates, quo fit ut ipse causa sis, ut ab omnibus habearis uelut perditæ frugis, & ex sibilentis, ut telluris inutile pondus &c. *Ipsi adiuuauerunt me in malis tuis.* Experiencia te docet hodierna, quales hodie produnt in scenam perversa intentione, & peioribus desiderijs exarscentes, eo animo, ut miraculi huius lucem obtenebrent: quot conuocant concilia, quot Audientias? Hoc autem egerunt, inscienter tamen & inuoluntarij, Dei propositum adiuuauerunt. Attende diligenter quid agant, & inuenies ut diximus, quod sitit formam flammeam, & bene formatam, quâ toti mundo huius miraculi tellentur probentque ueritatem.

V. Iudæi Christi promulgant & certificant miraculum.

VI. Iudæi patribus ut filium suum? Secundus: an certo sciant, uod cæci prius uerè cæcus fuerit? Tertius: à quo tempore cecitate laborauerit? Quartus: au modò uerè proponunt clarèque omnia uideret? Quintus: qua ratione articulos.

uisum recuperarit? Sunt autem hi articuli, de quibus nemo poterat testis esse magis legitimus, & sua attestazione firmius concludere, quam proprij eius parentes. Hoc agunt, quatenus eo modo lucem tenebris inuoluunt: illo ipso tamen modo lux omnium oculis resplendet fulgentissima. Primæ namque quaestioni cathegoricè respondent uerum esse quod adolefcentem illum agnoscant recipiantque pro filio suo: scilicet etenim, quod in domo eorum natus, sit & enutritus: *Scimus, quia hic est filius noster.* Ad secundam respondent: quod certo norint, quod ante realiter uerèque cæcus fuerit. Ad tertiam, uerum esse testantur, quod ab ortu suo lucem nunquam uiderit: quia praesentes fuerant dum in lucem efferretur, & tunc clarè ac euidenter suis ipsi oculis uiderunt, quod sine illis in mundum uenerit: *Scimus quia cæcus natus est* & hic illi defectus semper adhaesit, ita ut nunquam oculos quibus uideret, habuerit. Ad quartam, asserunt uerum esse & actu comprobari, cumctique notum esse, quod uidet. Ad quintam: quomodo autem nunc uideat, aut quis eius aperuerit oculos ad ipsum indices remittunt, ipse de se loquatur: non enim illi scire possunt aliud in ipso factum, præter id quid ipsemet confitetur. Cum autem in hoc articulo, ad ipsos cæci referant & appellent testimonium: illum ad iudicium citant ut syncretè deponat, qualiter uisum recuperauerit, quis illi aperuerit oculos, & quid ad hoc factum fuisse fateatur. Respondet illi altiori uoce & irritatus: se dictam iam dudum ueritatem confirmate: *Ille homo qui dicitur Iesus hoc in me operatus est prodigium* [a seculo nō auditum q. d. Vir ille prodigium quoddam sanctitatis & potentiae singularis. Iuxta de salua, terræque puluere confinxit, & lauit super oculos meos, misitque ad fontem Siloë lauandum; & ecce abij, laui, & uidi. Numquid clarus potest hoc comprobari, miraculum? Numquid fieri potest maioris auctoritatis attestatio, planiorque certificatio?

VII. Cæcus iudicè interrogatur.

Illos contemplantur uates Isaias, postquam dixerat, qualiter illi seditiosi fontem reuocissent Siloë, & increduli cordis uoluptate peritus: *Exiit praegaudio Propheta:* inquit D. Cyrillus. *Isai. 8. que natio insperans sic ait. Eia productores: Congregamini & uincimini* (legit D. Hieron. *Vincemini*) *Confortamini & uincimini, accingite uos & uincimini: inite consilium & dissipabitur, quoniam uobiscum Deus.* Omnia uestra uersipelles cogite concilia, confortamini pusillanimes; & roboramini: Ingreddimini, egredimini productores, & uides dolos.

doloſque. texite quantos diabolica veſtra rabi-  
daſque poterit eudere peruerſitas illi. ipſi vincere  
mini. Quidquid agitis, vincere eſt & convincere  
vos me ipſos, ſicut prudentes illi conſilarij  
Pharaonis ac Aegyptiorum illo tamque eodem  
conſilio, quo Dei populum conabantur euerte-  
re, magis illum robotarunt, pluresque illi acce-  
rerunt. In Chriſtum agite perfidi, omnes inten-  
dite neruos: quaecumque enim concilia cogitis,  
fraudeſque molimini, hic erit omnium fructus,  
vt Chriſtus tanto fiat celebrior, eius miracula  
tanto euidentiſ conſirmata, vos autem tanto  
maiori dedecore conuſi.

Verſu duriores illi ſe qua Pharao oſtenderunt:  
facta etenim hac verificatione, redduntur obſti-  
natiores, infideliores & contra Chriſtum rabi-  
die furunt acriori. Notat D. Auguſtin. peſ-  
ſimæ Pharaonis obſtinatio argumentum. Vt  
illi Dens maſiſtam redderet ſuam potentiam,  
eumque ad obedientiam conſtringeret, luem  
immixit ſuper animalia, boues, oves, arietes, ca-  
pros Aegyptiorum, eamque grauiffimam: quam  
illi per Moysen mitendam intertulerat: ita vt  
ad ortum ſolis omnia mortua fuerint animalia,  
reſertur Pharaoni quod nullum animal, ex his  
quæ ad Iſraelitas ſpectabant, interierit, ſed om-  
nia ſaluâ paſcerentur. Admiratur Pharao, nec  
credit. Nuntios mittit ad domus Iſraelitarum  
rei veritatem indagaturos & adhibita debita  
diligentiâ, ſic eſſe, vt dictum erat, inuenerunt: Et

Exod. 9.7

*miſi Pharao ad videndum nec erat quidquam mor-  
tuum de his, quæ poſſidebat Iſrael. Quem effectum  
arbitraris inde prodiſſe? qui ex relata ſibi cer-  
tificatione credere debuiffet in peius recit, Deo  
factus contumacior, tantique huius infidelior:  
Ingratuſ eſt cor Pharaonis, & non dimiſi po-  
pulum. An pernicacior dari poſſit obſtinatio,  
quærit D. Aug. ipſa namque certificatio quæ cor  
eius obſtipum ſectere debuiffet, ipſum reddidit  
obduratius? Quod ſi diligenter inquitens intel-  
ligeſet omnia ſimiliter Iſraelitarum animalia  
peſte ſublata, atque ex hoc amplius cor ſuum  
Pharao aggravaret, non hoc multum, ſed pro-  
prijſ conuens oculis ſignum admittibile, &  
euidenti de hoc ha' ita iſtificatione quod per  
hoc obduretur amplius: omnem diaboli ſuperat*

D. Avgvs.  
Tom. 4.

*hac rebellio contumaciam: Quomodo excontra-  
rijſ conſiſ facta eſt nec ingratus cordis Pharaonis?  
Si enim & pocora Iſraelitarum morerentur &c.  
Vnde debuit ad timendum & credendum moueri,  
hinc ingratus eſt. O cor obduratum & lapideū  
D. Bernad. declarans quid ſit cor obſtinatum ſic  
ait: Quæris quid ſit cor durum? Interroga Pharao.*

Lib. 1. de  
conſider.

*nem. Per cor Pharaonis vult intelligamus quid  
ſit cor obſtipum: hoc eſt proprie cor durum.  
Tales ſunt illi pernicaces & reſtractarij.*

§. 24. Da gloriam Deo &c. Verbis aſtutis  
peruerrere conantur cœcum: ſed eos ipſe con-  
fundit, mereturque vocari Prote-confefſor.

**F**acta igitur de hoc opere non leui inquisi-  
tione, parum eſt eos minime credere, inſu-  
pet vnanimes velut apes provocata, tantiq;  
ſimulati de nouo cœcum aggrediuntur, qua-  
runt, & requirunt, in errogaunt, verumque inter-  
rogant, conati illum eo adducere, vt dicat, quod  
ipſi ab eo conantur extorquere: *Nitebantur  
illum in conſortium ſua trahere blaſphemia, in-  
RVPERT.*  
quit Rupertus. vel ſaltem timorem illi in-  
cutere perturbare, ſuaque auctoritate ſuis qua-  
ſtionibus, interrogacionibus & argumentis in-  
diuerſa rapere titubantem, ſi quomodo ſal-  
queant ex ore pauperis huius verbulum aliq; od-  
elicere, quem vt ignorantem & ſimplicem ha-  
bebant, quo miraculi huius cellitudini derogar-  
ent, ſi quandam inter diuerſa conſeſſiones re-  
perirent diſſonantiam: *Vi aſſutia pe conctatione  
(inquit D. Chryſoſt.) enim ad ſuam traherent vo-  
luntatem, & ſi forte aliquid inter reſpondendum  
dicat, quod poſſent ad ſuam detorqueere in certioem.  
Nedum malitiâ vincunt Pharaonem ſed ipſi ſunt  
diabolis nequiores, ita D. Paulinus in vita D. Iudæi  
Ambr. Hi namque videntes Dñi Saluatoris mi-  
rabilia magna his conuicti & coacti pleno ore  
exclamabant: Scimus quod ſi ſanctus Dei: quia ſi  
ſilius Dei: Illi vero conſpecto hoc miraculo adeo  
celebri & maſiſto, obgauiunt Non ſcimus quia  
hic homo peccator eſt. O perduelles, vnde quæſo,  
hanc trahitis conſequentiam? Ex principijs quæ  
habetis certo conſirmata, & ex proceſſu compro-  
bata: numquid hæc elicitur conſequentia? Ex  
talibus operibus, quæ teſtata habetis quis ſapientis  
hoc inferat?*

61

D. CHR.

Ho. 57. in

I. I. I.

malitiâ

vincunt

diabolū.

Mar. 1.

23.

Luc. 4. 41.

Ceterum hic impletur illud Davidis oracu-  
lum (quod aliâ expoſuimus) *Dum ſuperbis iniquus Hom. 22.  
inecniunt pauper: comprehenduntur in conſilijs §. 12.  
quibus cogitant: Quanto namque illi ſaſtuoſiſ  
ac indigniſ agunt cum cœco, tanto in Chriſti  
amore, zelo, & ſancto ſeruiore honoris ac glo-  
riæ animoſiſ inardescit, & facie ad faciem il-  
liſ oppoſitiſ, eodem comprehendit, ſuſque la-  
queis illaqueat, eadem contra ipſos retorquens  
argumenta. Ratio vero principiaſ, qua ſatani-  
câ inſiari ſuperbiâ prodeunt armati, habita iam  
certificatione, ea ſunt, qua cœcum conuocant,  
aiuntque: Da gloriam Deo; nos ſcimus, quia hic  
Fomo*